§. Ad hæc. Loci seruatores rl'r prohibent̃, fallit si iudex ex iusta cã ad ꝓuinciam venire impediat̃, tũc n. vicariũ mittere põt. ¶†Itẽ fallit cũ ex principis mãdato in aliã
1 mittit̃ regionẽ. ¶†No. in hoc §. duo. primò, ꝙ vices agentes oĩa
2 pñt, quæ ipsi iudices, præter vltimum supplicium, & membri abscissionem. ¶†Scdò no. ꝙ membri abscissio æquiparatur morti, vt hic, & no. in glos. C. de off. eius qui vi. al. iu. ge. l. 2. & sic vr̃, ꝙ membri abscissio sit capitale crimen, vt hoc tex. & præalleg. gl. p
a quem tex. & gl. hoc tenet Dyn. ff. de pu. iu. l. 2.ᵃ hoc tenent et alij Doct. C. de transf. l. transigere. in 3. q. & qd no. per Doct. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. Itẽ ex hoc vr̃ ꝙ membri abscissio sit de mero imperio, vt hic, de quo no. per gl. ff. de iur. om. iur. l. imperiũ. sup
3 ver. animaduertẽdũ, ibi dũ d'r totũ, vel ĩ partẽ. ¶†Ad primũ op. & vr̃ ꝙ isti vicarij oĩa possint, vt l. j. §. à pfectis. ff. de leg. 3. Sol. d. la. & est no. so. hic vicari⁹ fuit ꝯstitutus ab hoĩe, id est, à iudice sine spãli authoritate principis. ibi verò fuit constitutus ex mandato principis, & eius authoritate, & iõ oĩa pt, & sic intelligit ipse fm hanc dist. l. ij. & qd ibi no. C. de off. eius q vi. al. iud. ge. qd tene mẽti pp id, qd no. Cy. in l. j. ff. de tu. & cur. da. ab his. & vide pro hoc dicto gl. quæ vr̃ sentire hoc ff. de off. eius cui man. est iurisd. in l. j.
4 §. huius rei. ¶†Vltimò gl. in ver. damus, arguit ex hoc tex. ꝙ prælatus electus ex ipsa electione aliquod ius consequatur, nec eligẽtes possunt postea variare, & mutare electionem aliter. alleg. extra, de elect. c. cum inter dilectos. vult dicere c. cum inter canonicos, de quo dic, vt ibi. & in c. causam. & in ca. in causis, eodem ti. & vide quod no. 63. dist. c. quanto apostolica.

ADDITIO.

a ¶L. 2. Et ibi ad hoc vide Ale. de Imo. vbi per eum plenè, & not.

1 *Hodie iudex non põt ex officio per inquisitionẽ procedere nisi in certis casibus.*
2 *Fuga facit quem suspectum ita, quòd statur sacramento actoris contra eum.*

§. Iubemus autem. Omnes iudices per se requirere debent delinquentes, & non per latronum insecutores, pœna ꝯfacientib. imminente. & iudices per prouinciam debent proficisci, & eorum administratione finita quinquaginta dieb. debẽt in prouincia permanere, nisi ex principis iussione ad aliam vocentur, alias læso sacro præstito omne damnum fm quod iurauerit, præstare debent, & pœnæ pe
1 cuniariæ fisco applicari debẽt. h. d. ¶†Per istum §. ex eo, ꝙ dicit, per se requirere, &c. dicunt quidam, ꝙ de omni crimine põt iu
a dex per inquisitionem cognoscereᵃ ex suo officio. Ad idem ff. de off. præsi. l. congruit. & l. 3. §. 1. ff. ad l. Iul. pec. sed hodie est falsum, quia nemo sine accusatore punitur, vt l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de munc. & hon. nisi in certis casib. vt no. in l. 2. §. si publico. de adul. & l. 3. §. præterea. ff. de suspe. tu. & ad istum text. responde, vt no. per gl. & Ia. de Bel. & per Dy. in d. §. si publico. & de hoc vide quod no. gl. extra, de accusat. c. 1. & 2. q. 1. de manifesta,
2 & per Doct. C. de accu. l. ea quidem. ¶†Venio ad §. si verò ꝯtigerit, in quo no. ꝙ fuga facit aliquem suspectum, ita ꝙ statur sacramento actoris contra fugientem. facit C. de asser. tol. l. consilia-
b rios. & extrà. de præsum. c. nullus.ᵇ & s̃. de exhib. re. §. si verò etiã quid am. & quod ibi no. facit quod no. gl. per hunc tex. s̃. vt iud. sine puoquo suffr. §. necessitatem. facit etiam 3. qõ. 9. c. decernimus. Bar.

ADDITIONES.

a ¶Cognoscere. Adde Gepr. Tho. in suo consi. 26. inci. iudex maleficiorum inquirit. in prin. vo. j.
b ¶C. nullus. Vide ibi plenè Fely. per totum commentum.

De sanctissimis Episcopis. Rub.

1 *Episcopus, quando ordinatur non debet esse minor 35. annorum.*
2 *Debens alios docere non debet ab aliis doceri.*
3 *Eligere dẽns si negligat eligere per tres menses, electio ad superiorẽ deuoluitur.*
4 *Episcopus intra quãtum tempus dẽat eligi, cõfirmari, & consecrari. remissiuè.*
5 *Datum causa simoniæ applicatur illi ecclesiæ, cui fit iniuria.*
6 *Id quod aufertur alicui, propter quod fit iniuria ecclesiæ, applicatur illi ecclesiæ cui fit iniuria.*
7 *Laicus, an possit in episcopum eligi.*
8 *Electus per simoniam ipso ignorante, an priuetur electione, vel electio teneat.*
9 *Electione facta ad aliquam dignitatem, an electus licitè aliquid offerat.*

De gubernatione. Iste ti. habet tres partes. Primò ponit de sanctiss. epis. Scdò de reueren. clericis. Tertiò de mona. secũda in §. clericos. tertia in §. iubemus, & br̃ h. d. ¶Epi debẽt eligi in forma hic tradita, & si hi ad quos electio spectat, eligere negligãt p sex menses, electio deuoluit̃ ad superiorem, & si electus fuerit post electionẽ de criẽ accusat⁹, ordinatio differri dẽt donec de criẽ iudicet̃. Et eps non p pecuniã, sed meritis eligi dẽt, ꝓ consuetudine tñ dẽt dare pecuniam à iure statutam, pœna ꝯfacientib. imminente. ¶Item ordinatus in episcopum à seruili, & adscriptitia liberat̃ fortuna, & à pr̃ia ptãte. h. d. vsq; ad §. Deo ama
1 bil. &c. ¶No. ergo primò formã fm q̃ eligi dẽt eps. †Scdò no. ꝙ
a eps ñ dẽt esse minor 35. an.ᵃ vt hic ĩ ver. hoc quoq;. sic & psbiter,
2 vt j̃. e. §. psbyterũ. †Tertiò no. ꝙ q alios dẽt docere, ñ dẽt ab aliis doceri, concor. sunt in gl. super ver. qui. n. concor. etiam 16. q. 1. c. si clericatus. 8. q. 1. qualis erit, &c. oportet. de elect. cap. cum in
3 cunctis, & in c. cum nobis. †Quartò no, quòd si ille ad quem spectat electio, negligat per sex menses, electio deuoluitur ad superiorem. quod gl. dicit hodie corrigi, quia hodie non expectatur nisi tres menses. alle. extra, de ele. c. cum nobis. sed certè in d. ca. nihil dr̃ de hoc, sed dic idem. quod gl. vt est text. extra, de elect. c. ne pro

ADDITIO.

a ¶Xxxv. an. Adde Fel. in c. cũ vigesimũ, de off. dele. in fi. ver. de ætate episcopi.

4 ne ꝑ defectu.64.di.c.obeūtib.& de hoc intra†q̃tum tp̄s ep̄s debet eligi,confirmari,& ꝯsecrari,vide quod no.plenè de elect.c.si
5 electio.lib.6.ꝙ tene menti. †Quintò no.in §.præ oīb. ꝙ illud,ꝙ dat cā simoniæ,dēt applicari illi eccl'iæ,cui fit iniuria ꝑ hāc dationem,vt hic,& j.§.prox.& facit s.e.§.si qs āt ante.& extra,d̄ simo. c.de hoc,& qđ ibi no.& s.q̄uo opor.epi.§.& hāc n̄ in pecuniis.
6 Et sic colligit̄ ex hoc†illud,qđ aufert̄ alicui,ꝑ qđ fit iniuria ecclesiæ,applicat̄ illi ecclesiæ,cui infert̄ iniuria, de quo dixi in d.§.
7 & hāc nō in pecuniis.†Op.ad §.damus,&vr̄,qđ laicus in ep̄m eli
a gi non possit,ª vt s.q̄uo oportet epis.§.igitur gl.solu.hic.tu verò solue,& ibi no.q̄ approbat hic Iacob.de Bel.Item op.& vr̄,quod laicus non dēt in Ep̄m ordinari nisi sit presbyter, aut diaconus, vel in subsidiū subdiaconus,40.dist.c.fi.sol.vt in gl.& circa istud ꝯrium præcedens,vide qđ no.36.dist.c.illiteratos.& ex̄, de elec.
8 c.nobis,& ꝑ Inn.in c.cū inter.e.ti.¶†Venio ad §.præ oīb.& q̄ro, pone,ꝙ aliquis est electus ꝑ simoniam:tn̄ simonia est commissa illo electo ignorante:qd fiet?dic vt in gl.super ver.aut aliarum.q̄ no.pro q̄ vide,qđ plenè habes ex̄,de renun.c.post trāslationem, & extra, de elect.c.pe.& extra,de simon.c.de simoniace. cum si.
9 & qđ no.ff.ad l.Iu.de ambi.l.j.& ibi per Doc.¶†Venio ad §.si qs autem,quæro vt in gl.circa quam gl.dicit Iac.de Bel. ꝙ post electionem licitum est offerre:vt hic,ante non,vt s.proxi.§. nō ob. l.alleg.in gl.quia loqtur in dignitate seculari,hic vero in dignitate ecclesiastica. ¶Venio ad §. prò consuetudinibus, circa istum §.vide quod no.extra,de simo.c.cum in ecclesiæ.& c.j.eo.ti.

ADDITIO.

a ¶Non possit.Limita verū,nisi propter eminentem eius scientiam, quia tūc laicus purus in episcopum eligi potest,in c.decernimus.circa fi.de iudi.

1 *Clericus potest esse tutor,vel curator si vult,non tamen cogitur.*
2 *Clericus non potest esse tutor testamentarius,legitimus sic.*
3 *Testes quidam inuiti examinari non possunt cautela est quando examinantur,ꝙ dicatur,quòd volentes.*

§.Deo amabiles. Epis,& monachis tutelæ,& curæ offiñ interdicitur,presbyteris aūt,& aliis clericis permittit̄ in aliquib.casib.regulariter autem ꝑso-
1 nis ecclesiasticis secularia negotia interdicuntur.¶†Fallit in certis casib.à iure permissis,pœna ꝯfacientib.imminēte.h.d.¶Not. in hoc §.ꝙ clerici non coguntur suscipere aliquam tutelam, vel curam,suscipiunt tamen si volunt, vt hic, nisi sit Episcopus,vel monachus,qui ēt volentes non admittunt̄,& sic per hoc correcta est l.ḡnaliter.C.de epis.& cler.quæ dicit,ꝙ episcopus,& mo-
2 nachus p̄nt tutelam suscipere,si volunt.¶†Quæro hic dr̄,ꝙ clericis est permissum suscipere tutelam lḡtimam.qd de testamentaria?gl.hic super ver.permittimus,dicit ꝙ illas suscipere non p̄nt, ita etiam tenet in auth.presbiteros. C.de epi,& cle.de hoc est casus xxj.q.3.c.Cyprianus,vbi de hoc no,& 86.dist.ca.peruenit,& ibi bona gl.& circa istam materiam vide quòd not.Spec.de tu.§.
3 generaliter,ver.item opp.ꝯ tutorem.¶†Vlterius hunc text.ibi, propria voluntate suscepisse,&c.quidam adducunt ad quæstionem.vos scitis,ꝙ sunt quidam testes volentes non inuiti.ita refertur in d.auth.præsbyteros,vt l.lege Iul.ff.de testa.dicunt ipsi,ꝙ cum tales testes producuntur,semper producentes debent in actis scribi facere,ꝙ volentes testificantur,aliàs præsumerent̄ deponere inuiti,ita refert Cy.in d.auth.presbiteros.

1 *Clericus quando,& in quibus causis possit esse procurator.*

1 §.Alium. ¶†Op.& vr̄, ꝙ clerici possint esse procur. vt j. eo.§.sportularum,in fi.dt gl.regulariter clerici possunt esse procura.lit.vt ibi. fallit in casib. hic positis, ita dicit hic gl.magna,circa fi.Item per gloss.videtur notari ff.de procu.l. neque fœminæ,sed contra videtur velle gl.super verbo,litis.hic posita,& sic videtur,ꝙ regulariter non possint esse procur.Et ad §.sportularum,respondetur.ꝙ ibi non permittuntur esse procu. in causa ecclesiæ & pro ecclesia,vt ibi,secus pro aliis personis,vt ibi, & hic. & quod regulariter clericus non possit esse procurator,no.gl.l.filiusfami.§.milites.ff. de procur.de hac materia vide extra ne cler.vel mona.c.j.& 2.de postula.cap.j.& vltimo.& vide
a quod plenè no.per Inn.extra.de re iud.c.cum I.& A.ª

ADDITIO.

a Cum I.& A.& ibidem vide Fel.& in c.2.de iu.& quod ibi dixi in apost.& Fel.in c.cum essent.de simo.in prin.

1 *Adiacentes idem est,quòd confines,& ideo*
Adiacens meæ,idem est dicere,quòd confinis meæ.
2 *Quid sit dicere vicina,& confinia,remissiue.*
Contiguum quid sit,remissiue.

1 §.Si autem ecclesiis. †In quo §.no quandam glo. super verbo adiacentes exponit.i.confines,ex qua no.ꝙ idem est dicere,talis res adiacēs est meæ,ꝙ est dicere,est confinis meæ.quid autem sit dicere,aliqua esse confinia,& q̄ vicina,dic vt in d.§.pen.& quod ibi no.ff.
2 fini.regun.¶†Quid autem sit dicere,aliquid est contiguum,dic extra,de senten.excom.c.si ciuitas.lib.6.

1 *Testis iurare debet super tota causa.*

§.Nulli verò. Nulli licet ep̄os corā se ad testimonium ꝯpellere,sed ad eos remittere dēt,vt propositis euangeliis dicant,& à iudice in iudicio venire cogendi non sunt,pœna ꝯfacientib.imminēte,h.d.¶No. in hoc §.duo,q̄ dic,vt in gl.sup verbo, propositis, ad primū no.vide qđ no. Spe.
1 in ti.de teste.§.1.ver.itē,ꝙ deposuit.¶†Tertiò no.ex isto tex.dum dicit,q̄ nouerint,ꝙ testis dēt iurare super tota cā.de quo no.in c. per tuas,&ibi per Inno.extra de testib.¶Vltimò q̄ro vt in d.gl.& vide,quod no.de epis.& cle.auth.sed iudices.Bar.

1 *Episcopus ab episcopatu pro quo, & quanto tpe possit esse absens ab ecclesia.*
2 *Patriarcha, & Archiepiscopus debent semel,vel bis in anno subditos ad capitulum conuocare.*
3 *Clerici prohibentur ludere ad aleas,& nunquid ad schaccos.*

§.Interdicimus. Epi in suis ecclesiis dēnt residentiā facere, & eas non relinquere sine superioris l̄ris,vel sine principis iussione,& tunc non amplius vno anno, pœna ꝯfacientib.imminente.Item Patriarchæ,& Archiepiscopi debent oēs sub se ꝯstitutos omni anno ad se conuocare, & exponere,q̄ agenda sunt. Item epi,vel clerici ad tabulas ludere,vel ludi participes,vel sportularum fieri prohibentur:nec cogendus est ep̄s clericum suum ab ecclesia sua dimittere,&alij tra-
1 dere.h.d.¶†No. ex hoc tex.tria. Primò,q̄to tpe pōt ep̄s esse ab-
a sens ab episcopatu.ª de qua materia dic,vt habes 7.q.1.c.presbyter plenissimè extra, vt lit. non conte.c.fi.versi.si vero aliter.dixi
2 s.quomodo opor.epis.§.illud etiam.¶†Secūdo not. ꝙ Patriarcha,& Archieps debent semel,vel bis in anno subditos suos ad capitulum conuocare. idem ꝙ hic habes extra, de accus. c. cum olim.18.dist.quidam.facit ad istam regulam c.in singulis.de stat.
3 mona.Tertiò no.†ꝙ clerici ꝓhibent̄ ludere ad aleas,nūquid aūt possunt ludere ad scaccos,vel ad alia gratis?dic,vt in gl.hic super ver.schematis,& in auth.interdicimus.C.de epi,.& cle.

ADDITIO.

a ¶Potest ep̄s esse absens ab episcopatu.Adde Georg.Tho.consi.144. inc.amicus Socrates,amicus Plato,sed magis amica veritas. versi.quæritur in contingentia facti,vol.4.

1 *Presbyteri an possint excommunicare.*
2 *Excommunicatio est separatio à corpore Christi,& ab ingressu ecclesiæ.*
3 *Excommunicatio siue iusta,siue iniusta,timenda est.*
4 *Excommunicatio an possit in foro seculari opponi,remissiuè.*
5 *Excommunicatus an possit testari.remissiuè.*

§.Omnibus. Episcopi, & presbiteri sine iusta cā aliquē excommunicare non debent, aliàs si fit, absolutio á superiore fieri debet.Item episcopo nō licet propriis manib.aliquem percutere.Item episcopus ab episcopatu repul-
1 sus non pōt ad ipsum redire.h.d. ¶† No.ex hoc §. ꝙ presbiteri possunt excommunicare.de quo dic,vt plenè no.2.q.j.nemó episcopus.& quod no.11.q.1.de persona,& vide extra,de offi.iud.
2 ord.c.cum ecclesiarum.¶†Secūdo no. ꝙ excommunicatio est segregatio à corpore Christi,& alia excommunicatio ab ingressu ecclesiæ, vt habuistis s.de interdictis collegiis hæreticorum.
3 ¶†Tertio no.ꝙ excommunicatio siue iusta,siue iniusta,timenda est,de quo vide in c.sacro.extra,de senten.excomm. xj. q.3.c.
4 senten.¶†Quæro,qa vt hic vides,qđ excommunicatio de iure
a ciuili procedit.ª quæro,an in foro seculari possit exceptio excommunicationis opponi.dic,vt per Doct.C.de sacros.eccl.l.placet.
5 ¶†Vltimò Ia.de Bel.ponit hic vnam disputationem, an excom
b municatus possit testari.ᵇ dic,vt hic per eum, de qua quæstione no.Spec.de instrum.edi.§.compendiose.versic. quid de excommunicato,& in cap.decernimus,de senten.excommu.libr.6.dic vt ibi,facit quod no.Innocen.in capit.veritatis,extra,de dolo,& contuma.

ADDITIONES.

a ¶Procedit.Adde Fel.in c.si ante medium,in ver.not.etiam.de excep.
b ¶Testari.Vide Fel.in c.cum voluntate,post prin.versi.extra gloss.tangit hic Inn.de senten.excom.

§.Clericos. Presbyteri,& clerici,ac ēt diaconissæ ordinari debent,q sint ætatis hic insertæ, & sint rectæ fidei,vitæ honestæ,& castè viuentes,& castitatem fouētes.& si ꝯdictor apparet,ordinatio differri dēt.donec plenè fiat examinatio.h.d.¶Op.ad vers.si autem tpe.hic dr̄,ꝙ differtur ordinari & per ꝯñs executio negotij.s.vt spon.lar.§.aliud secūdum Ia.hic fieret ꝯ formam ordinis clericorum.& sic nō p̄t ordinari donec ordinatio fiat,nec propria authoritate dispensare posset,vt extra de testa.c.cum ad mona.§.fi.ibi, verò tale periculum non imminet.¶Venio ad ver.si verò.circa hunc dic,vt dixi in ver.neq; autem.s.quomodo oporteat episcopos.Vltimò scias, ꝙ hic distinguuntur ætates clericorum, hodie aliter fit, vt extra.de æta.& qualita.in c.fi.in clemen.

1 *Monachus*

1 *Monachus si redit ad vitã secularem, quãdo dẽat tradi curiæ propriæ ciuitatis.*
2 *Clericus rediens ad vitã seculare, an tradatur curiæ, etiam si sit in minoribus.*
3 *Comes, effectus clericus, desinit esse comes.*
4 *Vasallus effectus clericus, desinit esse vasallus, nec feudum recuperat, si desinat esse clericus.*
5 *Proxeneta, an teneatur ad vsurarum restitutionem.*

§. Sed neque. Curiales, & officiales non debent clerici ordinari, nisi monasticã vitam per xv. annos impleuerint, pœna ꝯfacientibus imminente in præteritis tñ casibus iura vetera seruentur. Item clerici meritis, & non simonia ordinari debent: ecclesiis tñ in quibus ordinantur, bona eo-
1 rũ ante & post donare possunt. h. d. ¶† Op. ad §. hoc aũt. per quẽ vr̃, ꝙ ille qui est monachus, si redit ad vitam seculare, debet tradi curiæ propriæ ciuitatis, ꝯ immò aliud fit, vt j̃. eo. §. si monachus. Sol. vt hic in gl. & in auth. sed neq;. C. de epis. & cler. videlicet, vt iste. §. intelligatur fm̃ illum, nam soluit ibi primò, ꝙ tex. hic loquitur in eo, q anteqũ esset monach⁹, fuit curialis, ñ ẽ vera hæc sol. qa loquit̃ i eo q ñ erat curialis anteqũ esset monach⁹, vt hic patet ibi, ẽt si nulli, & c. l3 illã solõnẽ teneat Ia. hic, & facit ad hæc s̃. de mo.
2 §. si vero aliquis. ¶† Quero, an id, qd̃ hic dr̃, ꝙ cleric⁹ rediẽs ad vitã seculare traditur curiæ, sit verũ ẽt si sit in minorib. ꝯstitutus? & hic hr̃, ꝙ sic, & s̃. quomodo oporteat epis. §. semel aũt., sed hodie de iure canonico pñt ad secularem vitam impunè redire, vt de
3 cleri. coniug. c. j. lib. 6. l. distin. si post. ¶† Vltimò hic §. in ver. generaliter, est argu. ꝙ eo ipso, ꝙ quis efficitur clericus, desinit esse co-
4 mes, vel Imperator, de quo per gl. 27. q. 2. ¶† Secundò facit, ꝙ vasallus, q̃ cito efficitur clericus, desinat esse vasallus, nec postea recupat, si desinat esse clericus, de quo vide x. colla. de vasal. mili. q arm. bel. c. vnico, & de benef. fratris, c. vnico, ĩ fi. & si de feu. fue.
5 ꝯtentio inter do. & agnatos, c. vnico, in vers. q clericus. ¶† Vltimò in §. sed neque in eo, qñ hic ponitur mediator, est argum. ꝙ proxeneta tenetur ad restitutionem vsurarum: de quo no. gl. l. si sciente. ff. ad l. Pompe. de parricidiis.

1 *Adscriptitius, an possit fieri clericus domino contradicente. remissiuè.*
2 *Natus alibi morans, an possit in ecclesia ordinari.*

§. Si seruus Domino sciente, & non ꝯdicente potest seruus clericus ordinari, eo ignorante non, & si constitutus ad secularem vitam redibit, dño restituendus est: adscriptitij verò præter dñorum voluntatem pñt ordinari. h. d. ¶ Circa hunc §. vide 54. dist. c. si seruus, & extra de ser. non ord. c.
1 j. & 2. ¶† Venio ad §. adscriptitios, q̃rit gl. an adscriptitius possit fieri clericus ꝯ domini voluntatem. dic vt in gl. hic, & in auth. ad-
2 scriptitios. C. de epi. & cler. ¶† Quæro, an in ecclesia alibi natus, & alibi morans possit ordinari. gl. hic tangit, & ĩ l. in ecclesiis, hic alleg. in gl. de quo plenè dic, vt no. 61. distinct. c. nullus inuitus. & quod no. extra, de ele. c. cum inter canonicos.

1 *Ius præsentandi in ecclesiis spectat ad patronum, & confirmandi ad Episcopũ.*

§. Si quis oratorii. Clerici à p̃rono pñtari debent, & ab Ep̃o ordinari, alias quoscunq; putauerit meliores ordinare põt, & clerici in suis ecclesiis mora-
1 ri debẽt. h. d. ¶† No. ꝙ in ecclesiis ius pñtãdi spectat ad patronũ, & ius confirmãdi ad Episcopum, vt s̃. vt cleric. qui reçedunt aliis pro eis subroga. §. fi. extra, de iure pa. c. nobis.

1 *Quæsitum clericis dicitur quasi castrense peculium*
2 *Clerici sunt de iure ciuili in parentũ potestate, an idem sit de iure can. remissiuè.*
3 *Testã facta sup castrẽsi, vel quasi castrensi peculio, qd̃ hodie subiaceãt querelæ.*

§. Presbyteros. Presbyteri, & oẽs clerici res ad se ptinentes in suo dñio hr̃e dẽnt, atq; potestate, & eas donare, & de eis testari pñt, si sub parentum existãt ptãte, dummõ filiis, aut his non extantib. parentib. eorum relin-
1 quant. h. d. † No. ꝙ illud, qd̃ quærit̃ clericis, dr̃ quasi castrense peculium, vt hic, & in auth. p̃sbyteros. C. de epi. & cle. ad idem de sacro.
2 san. ecc. l. cum l. e. ti. ¶† Scd̃ò no. ꝙ de iure ciuili clerici sunt in parentum ptãte, vt hic, & dicta authẽ. presbyteros. Quid sit de iure can. dic, vt in c. indecorũ, extra, de æta. & quali. & de sen. excom. cum voluntate, & vide p Docto. in auth. sed ep̃alis dignitas. C. de epi. & cle. ¶ Quærit gl. filij, vel parentes q̃uo hẽbunt lt̃imam? dñt qdam per querelam. sed gl. reprobat, & dicit ꝙ condictione ex l.
3 ¶† Ex quo no. ꝙ ẽt hodie testã facta in castr. pec. non subiacent q̃relæ, & idem, ꝙ hic no. in d. auth. presbyteros. sed alibi dicit gl. qd̃ nulli querelæ subiacent, vt in auth. ex cã. C. de libe. p̃te. vel exhær. alibi gl. dicunt, qd̃ hodie subiacent q̃relæ testã facta super castrensi peculio, vel quasi, vt in l. fi. C. de inoff. testa. & ff. si à paren. quis fu. ma. in rub. & in l. Papinianus. §. Papinianus. ff. de inof. test. & hanc opi. tenẽt Doct. in d. auth. ex causa. in 2. q. hoc probat̃ per tex. s̃. vt cum de appe. cog. §. & hæc quidem.

1 *Sententia lata per Episcopum mandatur executioni per iudicem secularem.*
2 *Iudex appellationis quando sententiam exequatur.*
3 *Iudex secularis cui per inquisitorem fuit traditus hæreticus, quando teneatur stare processui inquisitoris.*
4 *Clericus ꝓ crimine qñ possit actoris electione corã ep̃o, vel seculari cõueniri.*
5 *Episcopi debent scire leges.*
6 *Potestas, an sit ordinarius scholarium. remissiuè.*

§. Si quis contra aliquem. Clerici, & monachi coram Episcopo in causa pecuniaria ꝯueniendi sunt, in criminali coram Ep̃o, vel iudice ciuili, ad electionẽ actoris sunt ꝯueniendi. Ep̃o negligente ad iudicẽ ciuilẽ iurisdictio deuoluit̃ in processib. forma hic tradi-
1 ta seruata. h. d. ¶† Not. qd̃ snĩa lata p ep̃m mandatur executioni per iudicem seculare, vt hic, & l. Episcopale. C. de Episcop. aud.
2 † Scd̃ò no. in tex. ibi, & executioni proprię, & c. qa hẽs hic casum qd̃ iudex appl'onis mãdat snĩã executiõi. ita ꝓbat̃ hic, & i auth. si qs litigãtiũ. C. de epi. aud. & ĩ l. ꝑcipimus. C. de ap. circa qd̃ dic, qd̃ qñque iudex appl'onis exp̃sse confirmat primam sniam, & tunc est verũ, quod hic dr̃. Ad idem l. addictos. in fi. C. de appe. & C. de iu. l. fi. Qñq; p̃ria snĩa ꝯfirmatur, quia appl'o est deserta p tpis cursum, & tunc iudex prius mandat executioni, vt l. nulli. & l. fi. C. de tẽpo. appe. Qñq; p̃ria snĩa ꝯfirmat̃ p partium consensum, & tunc i dẽ, quia prius iudex exequitur, ar. l. si quis libellos. C. de ap. non ob. l. tale pactũ, §. qui prouocauit. ff. de pac. vbi vr̃ probari ꝯ̃riũ, qa hic loquit̃ qñ fuit à delegato ad delegantẽ appellatũ, vt l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. & de hac q. no. per Doct. in d. auth. si quis litigantiũ. C. de epi. audien. & in l. eos, in 8. & 9. q. C. de appe. & in
3 d. §. qui prouocauit. ¶† Tertiò no. §. si vero crimen. in quo vr̃ casus, ꝙ si inquisitor hæreticorũ processerit ꝯ quẽdã, & eũ ꝯdẽnauerit, & tradiderit iudici seculari, nõ tenetur iudex stare illi processui, sed p̃t de nouo formare processum si ei videbit̃ & crimen examinare: circa hoc vide, ꝙ no. Guil. ĩ l. magistratib. ff. de iurisd.
4 om. iu. ¶† Quæro in principio huius §. qualiter mandatur executioni ꝯ clericũ. dic vt in gl. sup verbo cõtradi. ¶ Op. ad ver. si vero crimen, in quo dr̃, ꝙ est electio actoris vtrum ꝯueniat clericũ coram Ep̃o, vel iudice ciuili de crimine. Contrà j̃. e. §. si aũt ecclesiastici. Sol. ibi loquit̃ de crimine canonico, de quo nõ p̃t cognoscere iudex secularis, vt s̃. de mand. prin. §. si vero canonici. Item hic infertur crimen laico, ibi clerico, & dixi s̃. vt clerici apud proprios Episco. & de hoc vide. in c. cũ sit gñale, ex̃ de foro compe.
5 & xj. q. j. ĩ summa. ¶† Vlterius ex hoc, & s̃. proximo §. sed melius j̃. eo. §. si quis vero. hẽs, ꝙ Ep̃i dẽnt scire leges, & s̃. vt clerici apud proprios Ep̃os, circa principium. & per Doc. in auth. cã, q̃ fit cũ
6 monacho. C. de epi. & cle. & per gl. in l. repetita, e. ti. ¶† Vltimo gl. in §. si quis autem pro pecunia, dicit, quod potestas est iudex
a ordinarius scholariũ, [a] cum sit iudex ordinarius clericorum, de quo & in auth. habita. C. ne filius pro patre.

ADDITIO.

a Scholarium. Adde Bal. in auth. habita. nu. 7. C. ne fil. pro patre.

1 *Episcopi debent scire leges.*
2 *Leges quando seruandæ sint in foro canonico, remissiuè.*

§. Si quis vero. Ep̃s ab ep̃o, vel alio conuentus conueniendus est sub Archiep̃o, & ad Patriarcham appellandũ est, nulla cautione, vel fideiussione pro lite fi-
1 niẽda interposita. h. d. ¶† No. tex. ibi, qa ecclesiasticus, & c. & ibi, ille secundum Canones, & c. Ex quo habes primò, ꝙ Episcopus
2 debet scire leges, vt dixi s̃. ¶† Secũdò, ꝙ leges debent seruari in foro ecclesiastico, de quo in c. 1. extra, de ope. no. nun. de reg. iu. c. 2. in gl. lib. 6.

1 *Casus in quo appellatione pendente sententia exequitur.*
2 *Oeconomi, quam rationem reddant. remissiuè.*

§. Oeconomos. Oeconomi, & similes corã Ep̃o rõnẽ redder dẽnt, & licitũ est eis à snĩa
1 Ep̃i ad patriarcham appellare. h. d. ¶† No. hic casum in quo pendente appellatione mandat̃ snĩa executioni. regulariter contrà, vt l. 3. C. de appel. & ff. nil nou. per totum ti. & dixi s̃. vt spon. lar. §.
2 aliud. ¶† Op. & videtur, ꝙ isti non teneantur rationem reddere, vt s̃. de eccl. tit. §. pen. Sol. vt ibi no. & in l. Orphanotrophos. C. de epi. & cler. in prima sol. licet Iac. de Bel. videatur tenere aliam solutionem.

1 *Procurator, ꝙ possit constitui in causa vniuersitatis, & monasterij ab ipsa vniuersitate, & monasterio.*

§. Si quis Episcopus. Ep̃i, & clerici in vrbe Constãtinopolitana degentes ibi ꝯueniendi. vel cogẽdi nõ sunt lit. in prouincia cõtestata, al's corã præfecto p̃torio sunt conueniẽdi. Apochrysarij aũt ad Patriarchas, vel Metropolitas distinctè interim cõueniendi nõ sunt, nisi de hoc mãdatum habuerint, vl' alios ꝯueniant, vel ibi ꝯxerint. Itẽ epi, vel clerici legationis tpe ꝯueniendi nõ sunt, clerici, & monachi accusandi sunt iniuria loci repulsa, & loci reuerẽtia seruata. Item monasterium per suum ꝓcuratorẽ agere dẽt, sportularũ quãtitate lt̃ima in supradictis p̃sonis, & casib. seruata. h. d. vs-
1 q; ad §. p̃sbyteris. ¶† Op. ad §. si qñ aũt. ꝙ in cã monasterij non possit constitui ꝓcurator, nam ꝓcurator est q mãdato dñi negotia ministrat, vt l. 1. in prin. ff. de proc. sed in mõasterio nemo est dñs: ergo, & c. cuius ꝯ̃rij timore gl. hic, & in ꝯ̃rio exponit, procuratorem

curatorem .i. syndicū, & p hoc tenet gl. in d. l. j. in prin. ꝙ Episcopus, & nullus prælatus non possit procu. cōstituere ante lit. cōte. & exponit hunc tex. modo prædicto, procuratorem, idest syndicum. & idem no. in l. nec ciuitatis. eo. ti. ff. de procur. exponit eodem modo iste tex. in l. neq;. C. de procur. sed veritas est, qđ vniuersitas quælibet, & monasteriū pōt procuratorem cōstituere, vt extra, de procura. c. in causis. & de iura. cal. c. cum causam, & vide, ꝙ habes extra, de rescriptis. c. edoceri.

1 *Vniuersitas qualiter citatur. remissiuè.*
2 *Episcopus facit actorem, quando œconomus agit contra ipsum.*
Oeconomus, & syndicus ab vniuersitatib. tantū constituuntur, & an ab Epo.
3 *Episcopus non constituit procuratorem.*

§. Sportularum. Vers. si verò p vna. Quæro de intellectu huius ver. dic. vt in gl super vers.
1 contingat, q̄ ponit duas lect. † sed ex scđa no. modū citandi vniuersitatē, qa oēs de vniuersitate admonentur, vt d. gl. de quo mō
a citādi vniuersitatē, a no. p gl. ff. ꝙ cuiusq; vniuer. nomine. l. j. §. ꝙ si nemo. & vide l. sed si hac lege. §. q manumittit. & §. fi. & qđ ibi no. ff. de in ius voc. & vide qđ no. in l. non pōt. ff. de reg. iu. de qua ma
2 teria dic per Inn. de maior. & obed. in c. humilis. † Quæro in ver. eps enim, Quid si œconomus agit ꝯ epm nomine ecclesiæ? dicit gl. ꝙ tunc episcopus ordinet actorem authoritate Archiepiscopi sicut facit tutor: nam œconomus, vel syndicus tātum ab vniuersitatibus constituuntur, vt hic dicit gl. qđ dic, vt in ea. ¶ † Sed
3 ꝙ œconomus possit ꝯstitui ēt ab episcopo, tenet gl. in d. l. neq; C. de procu. tenet ergo gl. hic, ꝙ eps non pōt procuratorem constituere, & idem no. in d. l. neq;. & in l. j. in prin. & l. nec ciuitatis. ff. de proc. sed de hoc dic, vt hēs in c. petitio. extra, de procu. & vide d. c. cum causam. extra, de iura. cal. & quod bene no. Inno. in d. c. petitio. & vide, quod no. per do. in d. l. neque, & per glos. 5. q. 3. c. quia episcopus.

ADDITIO.

a ¶ Vniuersitatē. Vide Bal. in c. j. in ver. an vniuersitas. de mil. vas. q. cōtumax est. in l. ēt. in ver. itē pōt facere suū pcuratorē in fi. C. de exc. rei iu. & gl. in l. nō pōt, alle. tex. quæ inci. pone. in officiali. ff. de re. iu. & ibi per do. Alex. de Imo.

§. Presbyteris. Presbyteri, & clerici in domo propria mulierem hr̄e non debēt, nisi omnem suffugiant suspicionem. Episcopus autem nullam mulierem secum habere debet. h. d. Ex isto tex. sumitur auth. episcopo. C. de epis. & cler. circa istum §. vide, ꝙ no. extra, de coha. cleri. & mulie. c. j. & c. à nobis.

§. Si quis cum. Inferens iniuriam epo, vel aliis clericis dū sacra mysteria celebrantur, verbera & exilium sustinere dēt. Ille verò qui sacra mysteria celebrari pħibuit capite puniendus est. idem obseruandum in litaniis, & litanias aliqui facere non debent sine episcopis, & clericis. pœna contrafacientib. imminēte. h. d. Ex hoc §. sumitur auth. sed nouo iure. C. de epis. & cle. Bar.

1 *Monachus bonus si est electus in abbatem, an eius electio vitietur si in monasterio melior reperiatur, stante, quod melior eligatur.*
2 *Monasterium constructum in diœcesi alicuius episcopi, est subiectum illi episcopo, nisi probetur exemptum.*

§. Iubemus. Abbas eligēdus est non sm̄ gradum, sed meritis, & virtute, & idē in abbatissis est seruan
1 dum. h. d. ¶ † Quæro in hoc §. de duobus, dr̄ hic, ꝙ ille, q melior est in ecclesia, dēt eligi abbas. pone, ꝙ est aliqs monachus q bonus est, tn̄ in monasterio reperitur melior, an per hoc vitietur electio? dic vt no. 8. q. 1. c. licet ergo. ¶ † Scđo q̄ro, dr̄ hic, sanctissimū
2 episcopum, an eo ipso † ꝙ monasterium est cōstitutum in diœ-
a cesi alicuius episcopi, an illud monasterium sit subiectū episcopo, &c. dic, ꝙ sic, nisi probetur exemptum, vt extra, de relig. do. c. 3. & ibi no. & 16. q. 7. c. omnes basilicæ.

ADDITIO.

a ¶ In diœcesi alicuius epi. Adde Pan. in c. 3. & quod posui in apost. ad ipsum in prin. in vers. nisi probetur exemptum. extra. de reli. do.

1 *Professio per monachum intra quantum tempus fieri debeat.*
2 *Bona collegij diuiduntur, quando collegium dissoluitur, & pars collegij recedit.*
3 *Monachus potest esse testis.*

§. Si quis autem. Ingressus monasteriū incontinenti si notus est, pōt monachus ordinari. si verò est dubius, dēt differri p triennium, & dn̄o intra id tempus repetente sibi cū iure reddendus est, vel ordinandus est monachus dn̄o rebus redditis: eo autem ad secularem vitam redeūte, domino est reddendus. Item monachi in vno habitaculo debent morari, sed separatim dormire, his obtinentibus in monasterio fœminarum. Item viri modis omnib. à fœminis sunt separandi rebus cōib. inter eos diuisis, & fœminæ eligere possunt sibi presbyterum, aut diaconū ab episcopo confirmandū. hoc dicit.
1 ¶ † No. ex hoc §. intra quantum tps ille qui monachatur, possit facere professionem, de quo habuistis textum, & gloss. supra de mona. §. sancimus. facit quod no. 17. quæst. j. c. j. & l. distinc. & extra. de reg. c. ad apostolicā. hodie autem, quando est dubia conditio eius, qui debet monachari, de iure canonico debet expectari tps anni, nō triennij, vt de reg. iu. c. j. & 2. lib. 6. ¶ Vltimò circa ver. & si intra triennium emerserit aliquis. vide ꝙ habes 54. dist. ca. si seruus sciente, & qđ plenè per glo. in eadem distin. c. generalis. & plenè per Ber. in c. 2. extra, de seruis non ord. & ibi plenè p In.
2 ¶ † Venio ad §. in omnibus. in quo nota, quòd quando collegiū dissoluitur, & pars collegij recedit bona collegij diuiduntur, vt
3 hic, de quo dic, vt no. per gl. ff. de colle. illi. l. j. infi. ¶ Vltimò not. hunc textum ibi. testimoniū, &c. quem inducit gl. in argu. quòd monachus potest esse testis. de quo habuistis supra de mona. §.
a cogitandum.[a]

ADDITIO.

a ¶ Cogitandum. Et ibi vide quæ dixi in apost.

1 *Decedere sine liberis non dicitur, qui monasterium ingreditur.*
2 *Monasterium habetur loco filij, & quando. nu. 3.*
3 *Qui monasterium ingreditur non videtur esse sine matrimomio.*
4 *Summa ratio est, quæ pro religione facit.*
5 *Dispositio huius §. an habeat locum in ingrediente ecclesiam secularem.*
Monachus nō habeat administrationē, nisi quatenus per abbatem ei cōceditur.
6 *Substitutio, an expiret per ingressum monasterij.*

§. Sed & hoc præsenti. Donatiōe, vel legato, seu hr̄dis instōne sub condōne nuptiarū, vel libertorū factis, vel factis purè, sed substōne, vel restōne sub aliqua predictarū condōnum facta, honorata psona monasterium ingrediēte, vel clerico alicuius ecclesiæ facto, seu diaconissa ēt facta, tales condōnes pro non scriptis hn̄r, dummō si talis honorata persona fiat clericus, vel diaconissa toto tpe vitæ suæ in tali statu permanserit, & res sub tali condōne donatas, vel relictas in pios vsus expendant, vel relinquāt. & si talis persona à monasterio recessit, bona tn̄ monasterio cōpetunt, & si sub prædictis condōnibus in redemptionē captiuorū, vel egentium alimentaria substō facta sit, p nullū casum prædictorū euanescit.
1 & gl. mag. hic colligit casum huius §. ¶ † Ex qua no. ꝙ nō vr̄ sine liberis decedere, q ingredit monasteriū, & sic monasteriū loco fi
a lij hr̄, a vt hic, & in auth. nisi rogati. C. ad Tre. ¶ † Scđo no. ꝙ non
2 vr̄ esse sine mr̄imonio, qui monasteriū ingredit, cū per hoc spiri
3 tuale matrimoniū ꝯhatur. ¶ † Sed op. & vr̄, ꝙ ingrediēs monasterium non videat hr̄e filios, nam non filij ciuiles, sed nāles, &c. ff. de leg. 2. l. si ita qs. §. vlti. dn̄t qdam, ꝙ licet sit verū, ꝙ aliàs ciuiles
4 filij nō sufficiant, tn̄ fallit vbi monasteriū ingreditur, † quia summa rō est, quæ pro religione facit, vt ff. de relig. l. sunt personæ, qđ est verū, nisi alij monasterio restituere roget, argu. l. vlt. C. qui po. in pigno. ha. ¶ Alij dn̄t, ꝙ tantū in casib. positis monasteriū hr̄ loco filij. & ita tenent aliqui hic in glos. & ita tenet Mar. Sil. dicens esse quoddā spāle ꝯ propriā significationem vocabuli. Propter hoc ipse dicit, ꝙ si aliqs diceret dono, vel lego tibi cētum, si decedā sine liberis. forte intelligitur de veris liberis. Alibi verò gl. vr̄ tenere, ꝙ vbiq; monasteriū habeat p filio, ita dicit gl. hic. & hoc ēt vr̄ tenere in proximo §. in prima, & scđa glo. magna, & C. de sacros. eccle. auth. si qua mulier, de quo no. ēt p Doct. ibi in 1. & 3. q. sed Richar. Malumb. dicit hoc non esse verum, ꝙ monasteriū habeat pro filio, nec hoc dicit iste §. nec d. auth. nisi rogati. sed mēs istius §. & d. auth. est, qa cum testator dicit, instituo te hæredem, vel lego tibi talem rem, & si decesseris sine liberis, volo, qđ restituas tali, vr̄ dicere testator, volo qđ restituas si castitatē seruaueris, vnde cum per hoc impediat vita cōtemplatiua, quæ est melior q̄ actiua, & multi illā vitā contemplatiuam eligent, si adimeret condō, & monasterium intrarent, si cogitarent, quòd adimeretur condō, ideo vult iste §. quod talis condō respuatur ī ingrediente monasterium. ita dt Richar. in d. auth. nisi. in 3. q. & quod monasterium non habeatur pro filio, videtur sentire glo. in d. authen. in gloss. magna, in fin. Præterea si diceremus monasterium haberi pro filio, per hūc §. eadem rōne possemus dicere
5 p hunc §. haberi monasterium pro vxore. ¶ † Quæro nunquid
b iste §. habeat locum in ingrediente ecclesiā secularem?[b] dic vt in gl. sup verbo, clerici. sed aduerte ad id qđ dt ibi. & qđ sequit, &c. qa istud dictū gl. qđ monasterium non hēt administrationē nisi de facto, & quatenus sibi Abbas concedit. probatur in c. 2. extra, de statu mona. & ad quest. glo. circa totam gloss. vide quod not.
6 de probat. c. in præsentia. cætera dic, vt in gl. ¶ † Vltimò Iaco. ponit hic vnam quæstionem. Titius testamentum ꝯdidit, & Sēpronium sibi hæredem instituit, & si decederet sine liberis ex suo corpore

ADDITIONES.

a ¶ Loco filij hr̄. Adde d. Ias. may. in auth. si qua mulier. C. de sacr. san. eccle. & Fel. in c. in præsentia. de prob. & omnino per d. Ale. de Imo. in consi. 121. 2. par. in consi. 73. 4. parte. & Ang. in quest. nobilis quidam genere.
b ¶ Ingrediente ecclesiam secularem. Adde quod nota. ponit Geor. Tho. i suo consilio pen. incip. magni ponderis est præsens quæstio ad fi. vol. 3.

corpore descendentibus substituit ei Seium,& deinde Sempro-
nius institutus ingressus est monasterium, quæritur nunquid ex
a pirat substō per ingressum monasterij,[a] de qua q.no.dôcto.in d.
auth.nisi rogati. C.ad Treb.& in l.si ita quis.§.vlti. & ibi per Dy.
ff.de leg.2.& per.Io.An.in c.Ray.extrà,de testa.

ADDITIO.

a ¶Monasterij. Vide Alex.in l.ex facto. §.1. in vers.quid autem in monasterio. ff.ad Treb.

---

1 *Dispositio huius §.habet locum etiam si intrat monasterium,vt conuersus.*
2 *Bona sequuntur tacitè ingredientem monasterium.*
3 *Dispositio huius §.an habeat locum etiam si ingrediens habeat ascendentes.*
4 *Diuisio,quæ permittitur fieri per patrem ingredientem monasterium,inter filios post ingressum,an,& quando valeat,vt testamentum.*
5 *Filij ingressi monasterium qua actione agant contra monasterium, qui possidet omnia bona patris, vigore diuisionis per patrē factæ inter eos post ingressū.*
6 *Ecclesia an habeat omnia bona ingressi,qui ante ingressum nō habens filios extraneum hæredem instituit assignando ecclesiæ certa bona.*
7 *Filij quando possint compellere patrem ingressum monasterium, vt eius bona distribuat. Et quando interim debeant habere alimenta.nu.8.*

§.Si qua mulier Muliere, aut viro monasterium in-
grediente,liberis non extantib.res e
ius monasterio competunt liberis superstitib.rerū suarum añ in
gressum monasterij dispositione non facta post ingressum licet
inter filios distribuere ltīma portione nulli diminuta, vel ꝓpria
ꝑsona filiis cōnumerata sibi suam retinet portionē, quæ mona-
sterio cōpetere debet. Eo autem morte præuento filij ltīmam re
cipiunt portionem reliqua substantia monasterio cōpetente.h.
d. Ex isto §.sumitur auth.si qua mulier.C.de sa.san.ec.¶†Quæro
dicit hic,intrauit monasterium,quid si cā orandi intrauerit?dic,
1 vt in gl.1.hic.¶†Sed q̄ro,qd si intrat,vt conuersus? dicit gl.ꝙ nō
refert,vtrum intret monachus,vel conuersus, dummodo renū
2 ciet.Itē qd si aliqs intrat capellam, dic vt in gl.¶† Quærit gl.qd
si talis ingrediēs nil de bonis dicit.dicit gl.ꝙ eum tacitè sequunt
bona, vt s̃. de mona.§.illud, & hic.circa quod vide.C.de sacros.
3 ec.auth.ingressi.¶†Quærit,quid si ingrediēs non hēt filios sed
parentes?dicit Pla.ꝙ idem est in parent.quod in filiis,arg.s̃.eo.§.
præsbyteros,& s̃.vt nul.iud.§.adulteram. sed ꝯrium tenet glo.&
ad contraria rñdet, vt in ea. Idem quod hic tenet gl. in d.auth. si
qua mulier,& in d.§. adulteram. & in §. si verò ascendentes. Et
primam opi.tenet Odo.& Ia.Bal.licet Pe.teneat opi.glo. de quo
dic,vt ꝑ Doc.in d.auth.si qua mulier.Nec ob.ratio gl.q̄ est, ꝙ iō
parentes excluduntur.quia monaste.hr̄ pro filio, quia hoc non
4 est verū,vt dixi s̃.in ꝓx.§.¶† Quærit gl.hic sup ver.in proprios,
nunquid hæc diuisio quæ permittitur ingrediēti monasterium
post ingressum sit testm̄? quod est vtile scire.dicit gl. si quæratur
de numero testium,dic,quòd potest esse testamentum.ratio,qa
cū ista diuisio permittatur post ingressum inter liberos, vbi nu-
merus testium nō requiritur,vt l.fi.C.fa.er.& l.hac ꝯsultissima.§.
ex imperfecto.C.de testa.sufficit ergo in ista diuisione numerus
duorū testium,vt no.gl.in d.auth.si qua mulier.ad q.d.Plac.qđ ñ
est testm̄.Azo verò dicit,ꝙ est testm̄, vel quædam vltima volun-
tas,quæ succedit loco testamenti, vt ingrediens facere poterat
ante ingressum, vt probatur in hoc tit. maximè ibi dum dicit,&
sic liceat &c.& sic vr̄ vera opi. Azo.& etiam Pla.in d.auth.si qua
5 mulier.¶† Quærit dicta gl. si monasterium omnia bona possi-
det,qua actione agant filij,inter quos pater diuisit,cōtra mona-
sterium?dicit gl.ꝙ cōdictione ex hac lege,q̄ opi.videtur ꝓcede-
re secundum illam opi.quæ est,quòd diuisio non sit testamentū
6 & sic innuit gl.ibi,secundum nos,&c.†Querit etiam dicta glos.
quid si ingrediens non habet filios, & antequam monasterium
ingrediatur facit testamentum, & extraneos hæredes instituat.
certam partem assignando ecclesiæ antequam intret, nunquid
post ingressum habebit ecclesia omnia bona;gl.dist.hic, & in d.
7 auth.si qua mulier. ¶†Quærit glo.super verbo,persona,an filij
possint compellere patrem,vt distribuat.gl.hic videtur velle, ꝙ
nō,nec filiis subuenitur,nisi post mortem patris,sed in hoc sub-
uenitur filiis,quod statim debent habere alimenta.istam opi.vi-
detur tenere gl.hic,licet aliam ponat opi.in d.auth.si qua mulier
& quod habuistis s̃.vt lic.ma.& auiæ.§.quia verò ex consensu.&
C.de repu.auth.sed hodie, & habuistis.s̃. de mona. §. illud quo-
que.& istam opinionem, quòd demum mortuo patre naturali-
ter filij possint petere legitimam,tenēt doc.in d.auth.si qua mu-
lier.licet Ia.de Bel.s̃.de mon.§.illud. videatur tenere cōtrarium,
8 & glo.in auth.nunc autem.C.de episc.& cle.¶†Et ista omnia fa
ciunt ad id,quod dixi s̃.de here.& Falcid.§.si quis autem.scilicet,
an filij possint petere legitimam in vita patris vbi dixi,quòd nō.
¶Vltimò scias ꝙ iste §.fuit canonizatus 19.questione fi.c.si qua
mulier.& vide,quod ibi no.per doc.in d.auth.si qua mulier.

§.Sponsalibus. Iste §. habet duas partes. secunda ibi. si verò constante. Sponsalitiis inter aliquos factis alterutri ꝑmissum est monasterium ingredi absque arrharum pœna: matrimonio verò constante quilibet de coniugibus ingredi potest,pactis dotalibus inter eos seruatis, vtroque autem coniuge monasterium ingrediēte lucra dotis,& donationis ꝑꝑ nup. cessare debent, nisi alter alteri coniugi aliquid largiatur sponte.h.d.circa istum §.si verò cōstante,& vide quod habes s̃.de mona.§.sin autem.& de nup.§.distrahuntur.

---

1 *Ingratus quòd quis non efficiatur propter monasterij ingressum.*
2 *Ingressus monasterij abstergit omnem maculam,& an ingratitudo purgetur.*
3 *Monachus,an succedat agnatis,& cognatis.*

§.Nullam. Parentibus filios,vel filias,qui monasterium
ingrediuntur velut ingratos ab eorum hære-
ditate excludere non licet. Item parentibus non licet filios de
1 monasterio extrahere. h. d. ¶† No. per ingressum monasterij
a quem ingratum non effici.[a] † Quærit gl. nunquid ꝑ ingressum
2 monasterij omnis macula peccati aboletur? & dicit, quòd sic,[b]
b licet al's ingratus per ingressum nō fiat gratus.dicit tñ, quòd in
nouellis dr̄,ꝙ per ingressum purgatur ingratitudo, quod dic, vt
in gl.circa qđ vide,qđ no.glo.& Iac.de Arc.in l.Deo nobis.C.de
3 epi.& cle. ¶† Quærit gl. an monachus succedit agnatis & co-
gnatis,dic vt in glo.1.§.hui⁹,& idē no.in d.l.deo nobis.§.hoc ēt.

ADDITIONES.

a ¶Quem ingratum nō effici.Quinimo tollitur ingratitudo per illius ingressum,vt dixi supra,in auth.de mona.in prin.in addi.ad istum.nu.3.in ver.omnem maculam.
b ¶Quòd sic ad quod vide Fel.in c.cum deputati. in fin.princ.versi.no.4.effectus.de iudic.

---

1 *Monachus fugitiuus,an acquirat monasterio,in quo delinquit.*

§.Si monachus. Si monachus reliquerit suum mo-
nasterium,& aliud ingrediatur, res
eius proprio competūt monasterio in qđ à principio ingressus
est,& monachi non debēt circuire ciuitatem, sed debent in suis
monasteriis permanere. Et si monachus in monasterio delique
rit,& ad secularē vitam peruenerit,pœna hic inserta est punien-
dus.h.d.¶Circa istum §.si monachus.el 1, vide quod no. per gl.
extrà,de cler.coniu.c.3.& 92.dis.c.si quis episcopus vocans, & ī
Spe.de sta.mona.vers.79.¶Venio ad §.si monachus.el 2.in quo
gl.quę incipit,duo contraria,& ad §.sed neque.s̃. eo.resp. vt ha-
bes in gl.in 2.sol.nam prima sol.est contra tex.dicti §.sed neque.
ver.hoc autem.ibi,etiam si nulli &c.vbi apparet,ꝙ loquitur etiā
1 in eo qui nō est curialis.¶†Vlt.Ia.de Bel.quærit de vna quęstio-
a ne,an monachus fugitiuus acquirat monaste. in quo deliquit,[a]
& arguit pro & contrà.finaliter tenet,ꝙ licet possessionem non
quærat si ab alio possidetur,vt l.1.§.si seruus.C.de acq.hær.tamē
dominium acquirit. Non ob. iste §. quia loquitur de rebus po-
stea acquisitis, & quando mittitur in aliud monasteriū & in eo
legitime permanet:secus autem si est in fuga,& rē mittit ad mo-
nasteriū allc.Host.in c.3.extrà,de cle.coniuga.de hac quæstione
no.ꝑ gl.18.q.2.secūdā verò.ꝑ Inn.extrà de priui.c.cū olim.el.2.

ADDITIO.

a Deliquit.Tu vide Spe.in tit.de sta.reg.ver.6.

---

1 *Præscriptio annalis quando contra ecclesiam currat.*
2 *Corrumpens scienter monachum,vel monialem,pœna de qua hic punitur.*

§.Si quis rapuerit. Raptores monialium, & similiū
participes capitali pœna, & bo-
norum amissione plectuntur, & bonis raptoris, & aliorum cri-
minis participum applicandis ecclesiæ, annali præscriptione cō
tra ecclesiam currēte. ¶Item Histrionibus interdicta licentia v-
ti actibus monachalibus, pœna contrafacientibus imminente,
his obtinentibus nō solum in præteritis causis, sed ēt in futuris.
1 ¶†Opp.ad istum.§.& videtur, ꝙ annalis præscriptio contra ec-
clesiam non currat, vt s̃.de eccle.ti.§.temporalib.dicit gl. hic,&
in contrario,ꝙ hic est speciale.sic & alibi, s̃.vt cum de ap.cog.§.
de præteritis,& no.de hoc per gloss.authen.quas actiones.C.de
sacrosan.eccle.& ibi per docto.¶Vlterius circa istum.§.vide qđ
not.gloss.17.quæst.1.c.si quis rapuerit, in gl.mag. & vide quod
2 no.extrà,de præscr.c.2.¶† Venio ad ver.scientibus. quæro po-
ne,quòd aliquis sciens monachum,corrumpit,vel monacham
seu monialem,nunquid compellatur ad monachatum?dicit gl.
quòd non,sed debet puniri pœna hic imposita, ita no. extrà de
pri.c.tuarum.¶Vlt.vide glo.quæ incipit,not.quòd quilibet.ista
glos.& præcedens sunt superfluæ,nec faciunt ad istum tit.sed ad
tit.s̃.vt iud.non expe.sac.iuss.& ibi habes de verbo ad verbum,
& ideo debet ibi vacare in §. nullum tex.ibi, cōceditur &c. hoc
verum,quando simul intrauerunt sine temporis successione,vt
ff.de do.inter vir.& vxor.l.cum hic status.§.si ambo. aliàs esset se
cus.ita potest intelligi gl,quæ est in l.Deo nobis.C.de epi.& cle.

FINIS.


BARTOLI A SAXOFERRATO

Super Institutionibus Iuris Ciuilis, Commentaria:

Cum Adnotationibus, & Summariis Henrici Ferrendat Niuernensis, ad vnumquemque § appositis.

Nunc postremo summo studio, & vigilantia recognita, Deo propitio in lucem prodeunt.

1 *Legalis scientiæ duplex est causa materialis, generalis, & communis.*
2 *Differentia inter generale, & commune, prout ponuntur de materia generali, & communi.*
3 *Æquitas rudis quæ dicatur.*
4 *Differentia inter iustitiam, & æquitatem*
5 *Differentia inter ius, quod porrigitur de generali, & ius approbatum, quod de communi ponitur.*
6 *Legalis scientiæ subiectum, est bonum, & æquum. & nu. 7.*
8 *Legalis scientiæ libri partiales. s. ff. & Insti. diuiduntur penes causam formalē.*
9 *Imperator si inuocet nomē Domini, an necessariò requiratur, q̄ sit Christianus.*
10 *Sarracenus potest inuocare nomen domini.*
11 *Imperator ab imperio vniuersali, & totius mundi dominus est.*
12 *Imperator Iustinianus dicitur Cæsar, quia mater eius decessit in puerperio, vnde cæsus fuit venter eius, vt viuus extraheretur de matris visceribus.*
13 *Nomen, quod quis iure probitatis, vel alterius virtutis sibi acquisiuit, q̄ qđ fortuito, aut iure ꝓpriæ originis adeptus, est magis æquū, & laudabile videt̃.*
14 *Imperator quare dicatur semper Augustus. & nu. 15.*
16 *Tigris, & negligentibus iura non subueniunt, immò cupidis, & vigilantibus. Et secundum Philosophum, quanto iuniores, tanto perspicaciores.*
17 *Dignitates plures si quis habet, & scribit, debet illas exprimere, vt de persona mandante maior habeatur certitudo. & nu. 18.*
19 *Institutionum liber an factus fuerit post ff. & post primam editionem Codicis, & ante secundam, quam non habemus.*
20 *Exquæstor quis dicatur, & an sit nomen dignitatis.*
21 *Compositores Institutionum imperalium tres fuerunt. s. Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus: Compositores autem Digestorum octo, remissiue.*
22 *Princeps si committat causam, non habenti peritiam iuris non valet delegato. nisi certa scientia principis.*
23 *Infidelis sapiens deterioris conditionis est, quàm insipiens fidelis.*
24 *Semel malus an semper dicatur malus, Et quādo ex præteritis sumimus coniecturam ad futura.*



Væritur primo. Circa istā Institu-
tionē, quid sit cā
mālis legalis scientiæ, & cuiuslibet libri lega
1 lis: dicit d. Azo. † qđ duplex est cā materialis
legalis sciæ, gn̄alis, & cōis. Gn̄alis, ius & iusti
tia, negocia & duo vitia, error & ꝯtumacia.
mā cōis est rudis æquitas: ius approbatum,
est illud, qđ pro lege obseruatur, vt voluntas defuncti: quia nihil
tā nāle est, &c. C. de sacr. eccl. l. j. Itē ꝯctus, quia ꝯctus ex ꝯuentio-
ne, legē accipiunt, vt ff. depo. l. j. §. si ꝯuenerit. & ff. de reg. iu. l. ꝯct⁹.
C. de pac. l. legē. sed quidā ista verba dr̄: tñ ea nō intelligunt. Et
licet verba ista sint Azo. vt verè sunt: tñ rudissimè locut⁹ est. hic.
n. ius, & iustitia, ponuntur de mā generali: rudis æquitas, siue eq-
tas, ponunt̃ de mā cōi. sed nōne idē sunt iustitia, & æquitas: dicē-
dū. qđ æqtas magis respicit res ipsas: iustitia magis rēspicit dispō-
nē, seu habitū. vñ si propriè loquamur, dicemus, iust⁹ iudex hēt
iudiciū æquū, vnde si res mea ad aliū perueniat sine cā. bonū &
æquū est, vt eā mihi reddat, seu restituat, vt ff. si cert. pet. l. si me, &
Titiū. & æquitas magis respicit rē: & iustitia, vt dcm̄ est, magis re
spicit habitū aīæ: vñ iudex ipse ꝓpriè dr̄ iustus. ff. de reli. & sump.
fu. l. & si qs. §. idē Labeo ait. & gn̄alr̄ puto iudicem iustum, &c. tñ
plerūq; vnū pro alio positū inuenieť. Itē negocia ponunt̃ ꝓ mā
gn̄ali, & id. qđ ꝓ lege seruat̃, voluntas defuncti, & ꝯctus ponunt̃
de mā cōi, sed ꝯctus, & negocia sunt idē: ponit̃ pro mā gn̄ali, &
cōi. Sed dicendum, qđ negocia prout accipiunt̃ pro mā genera-
li, dn̄r modi dicendi negocia, vt transactio, pactū, iusiurand. Sed
ꝯctus, ꝓut ponunt̃ pro mā cōi, dn̄r ipsi ꝯctus, vñ dū dicā, qđ ti. de
neg. ge. dr̄ de mā gn̄ali, immò magis titulus de iudiciis, de transa
ctionibus & similes, & h. d. Azo, tractando super negotiis quē-
2 ad modum decidant̃. † Si q̄ris, vnde differt mā gn̄alis. & cōis, qa
idē vr̄ eē gn̄ale, & cōe: dicēdū, qđ bñ reperimus dr̄iā inter actio-
nē cōem, seu actionē vlem, & actionē gn̄alem. ff. ꝓ soc. l. pro so-
cio arbiter. Sed q̄ūo differt generale, & cōe, prout ponunt̃ de
mā gn̄ali, & cōi, & illud est difficile videre. possumus tamen dice
re, q̄ gn̄ale magis sonat in abstractione: cōe magis sonat in ꝯcre
tione. Alia est dr̄ia, & recidit in idem, & est decl'o prima: sed quia
ista, ius, iustitia, error, & ꝯtumacia, dn̄r esse materia generalis; qa
determinatum est gn̄alr̄ in istis, in quibus est titul⁹ gn̄alis; nō de-
scendēdo ad aliquā mām spālē, gn̄alr̄ ponit̃, & hoc in paucis in-
